



## **Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi Thomae tomi quinque**

Accvratam Qvæstionvm D. Thomæ, Ab LXXXIV. Vsqve ad finem: &  
Disputationum de virtute Pœnitentiæ, De Clauibus, De Sacramentis  
Pœnitentiæ, & Extremæ Vnctionis, De Purgatorio, Suffragiis & Indulgentiis,  
expositionem complectens : Accesserunt Indices quinque: ... Postremus

**Suárez, Francisco**

**[Köln], 1616**

Sectio 1. Quis sit effectus gratiæ huius sacramenti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93815](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93815)

eatorum venialium remissio, vt infra dicemus, ideo etiam hæc regula non est admodum certa, ideoque prudenti arbitrio hoc relinquendum est, vt nimirum considerata diuturnitate ægritudinis, & statum eius, & interruptionis eorum inter se, practica, & communi existimatione illa censeantur diuersa pericula & status ita diuersi, vt perinde se habeant ac si essent morbi omnino distincti.

DISPV TATIO XLI.

De effectu & fine huius sacramenti.

Hæc sacramentum conferre gratiam sanctificans.



Explicita essentia huius sacramenti, superest dicendum de causis, & effectibus eius. Incipimus autem à finali causa, quoniam prima omnium est, & quia cum effectu, & re significata per hoc sacramentum coincidit, ex quibus exactior eius intelligentia pendet. Supponimus ergo in primis habere hoc sacramentum effectum illum, qui communis est omnibus sacramentis nouæ legis: scilicet, gratia sanctificans: cum enim ostensum sit hoc esse verum sacramentum nouæ legis omnia, quæ his sacramentis communia sunt, in illud conuenire necesse est: & ideo de his nihil hoc loco amplius dicemus, sed applicanda hic erunt, quæ de sacramentis in genere sunt dicta. Sed inuestigandus à nobis erit proprius, & sacramentalis effectus huius sacramenti: & quia vnumquodque sacramentum, quatenus tale est, propter huiusmodi effectum est principaliter institutum: ideo simul proprium finem institutionis huius sacramenti declarabimus. Est autem peculiare huic sacramento, quod præter spirituales effectum animæ, habet etiam effectum salutis in corpore: & ideo prius de spirituali tanquam de principali: postea vero de corporali dicemus.

SECTIO I.

Quis sit proprius effectus sacramentalis gratia sacramenti Extreme vnctionis.

Prima sententia affirmat hunc effectum esse remissionem venialium peccatorum. Est valde communis in 4. d. 23. vbi etiam tenet Bonauent. art. 1. q. 1. Richard. 2. q. 5. & 6. Durand. quæstion. prima num. 9. Supplementum Gabr. quæstione secunda, capite secundo, Maior quæstione prima & idem sententiæ Carthus. quæst. 2. Scot. & Almain. quæst. vnica Alen. 4. part. quæst. 5. membr. 7. artic. 2. Aristod. li. 4. Summ. c. de Extrema vnctione, quæst. 1. Asten. lib. 5. Summæ tit. 41. ar. 5. Abulens. super 8. cap. Matt. quæst. 8. Albertus Pigijs Controu. 10. Ayala de Tradit. 3. p. considerat. 8. Denique Nauarr. cap. 22. n. 13. dicit, hoc sacramentum principaliter esse institutum in remissionem peccatorum venialium, iuxta communem sententiam in ca. Romanorum, d. 19. & in ca. Solutæ, de Maiorit. & obed. Potestque hæc sententiæ fundari: quia hoc sacramentum primario institutum est ad remissionem peccatorum & non mortalium, ergo venialium. Maior constat à verbis formæ, nihil enim magis explicat proprium effectum vniuscuiusque sacramenti, quam eius forma: quia sacramentum efficit quod significat, & significatio per formam maxime determinatur, & exprimitur. At vero per formam huius sacramenti directe solum postulatur remissio peccatorum: ergo hic est effectus primarius, propter quem institutum est hoc sacramentum.

Bernard.

Trident.

Vnde D. Bernard. in vita Malachie, referens sanctum illum cuidam femine ægotanti hoc sacramentum ministrasse, addit hæc verba: *Sciens in hoc sacramento remitti peccata, & quod oratio fidei saluet infirmum.* Et Concil. Trident. sess. 14. ca. 2. inter effectus huius sa-

cramenti hunc primo loco ponit. Minor autem propositio subsumpta probatur primo: quia propter mortalia tollenda institutum est sacramentum penitentiæ, & duo sacramenta non instituitur propter eundem finem: maxime cum sacramentum penitentiæ positum sit tanquam necessarium medium ad remissionem mortalium peccatorum. Vnde confirmatur: quia tria sunt peccatorum genera, originale, mortale, & veniale: sed ad delendum originale per se primo institutum est baptisimus, ad tollendum mortale instituta est confessio: ad tollendum ergo veniale, aliquod sacramentum per se institui debuit, sed non aliud ex cæteris, vt per se facile constat ergo huiusmodi est Extrema vnctio.

In modo autem explicandi hanc sententiam est diuersitas inter prædictos auctores. Nam quidam eorum asserunt hoc sacramentum non delere peccata venialia, nisi excitando actum displicentiæ, vel amoris, qui sit sufficiens forma, vel dispositio ad expellenda talia peccata: quia cum sint actualia, & per conuersionem voluntatis commissa, non possunt nisi cõterario motu deleri. Eatenus ergo sacramentum hoc institutum dicitur ad remittenda hæc peccata quatenus virtute illius, & ex opere operato datur homini sufficiens auxilium, quo possit elicere motum expellentem venialia peccata. Ita fere Dur. Bonau. & insinuat Viguer. in Summ. c. 16. §. 5. vers. 4. Alij simpliciter asserunt sacramentum hoc remittere hæc peccata per se & immediate, dummodo homo non habeat obicem, id est, complacentiam actualem, vel virtuales in tali peccato, etiam si non habeat dispositionem per se sufficientem ad expellendum tale peccatum, nec sacramentum illam excitet: quia satis est, quod gratiam conferat, ex diuina institutione ordinatam ad hunc effectum remittendi tale peccatum. Et qui ita sentiunt, magis consequenter loquuntur, vt recte significauit Palud. dist. 23. quæst. 4. numero 7. & ibi Capr. quæst. 1. ar. 3. ad 2. 4. & 5. contra 2. conclusionem. Et facile intelligi potest ex his, quæ supra diximus de remissione venialium peccatorum, & in sequentibus etiam exponemus.

Circa hanc ergo opinionem totam aduertendum est, aliud esse inquirere, an hoc sacramentum deleat venialia peccata, & quando aliud vero an sit primario ad hunc finem institutum. Illud ergo prius à nemine negari potest, probaturque optime argumens recitata sententiæ, & in sequentibus confirmabitur. Posterius vero est de quo nunc agimus. Et quoad hoc merito reprehendit hanc sententiam D. Thom. 4. dist. quæst. 1. artic. 2. quæst. 1. quem sequitur ibidem Paludan. quæst. 4. Capreol. quæst. 23. artic. 1. Soto quæst. 1. artic. 2. Ledesin. 2. part. 4. quæst. 32. art. 1. Viguer. supra, Ferrar. 4. Contra gent. capit. 73. Victoria in Summ. numero 197. Rationes sunt. Prima: quia sacramentum penitentiæ est per se institutum ad remissionem venialium peccatorum, quanquam enim non sit ita necessarium medium ad tollenda venialia sicut mortalia, tamen ita delet illa per se & ex vi suæ institutionis, sicut mortalia, sicut enim hæc duo valde distincta, vt per se patet, & auctores dictæ sententiæ fateri tenentur: nã licet dicant, Extremam vnctionem esse per se primo institutã ad remissionem venialium peccatorum, non tamen dicunt, nec dicere possunt esse medium necessarium ad illa tollenda. Nam, vt sit medium necessarium, oportet vt sit causa vnica talis effectus, vt vero sit per se institutũ, satis est quod sit causa per se, & ex propria institutione habens virtutem ad hunc effectum: potest autẽ esse causa per se, licet non sit vnica, nec necessaria, vt per se notum est. Sacramentum ergo penitentiæ per se institutum est ad remissionem venialium: quia illa sunt sufficiens materia confessionis, & per se ac directe tolluntur per sacramentalem absolutionem: ergo non oportuit aliud sacramentum

mentum per se primo instituitur propter hunc effectum: A  
maxime cum non esset futurum medium necessarium ad illum, & essent multa alia remedia, quibus tolli possunt peccata venialia, vel ex dispositione operantis, vel ex opere operato secundario, & quasi per accidens, ut infra explicabimus. Quin potius addit D. Tho. 3. p. q. 65. art. 1. non oportuisse institui sacramentum aliquod propter venialia peccata tollenda: quia sacramentum nouę legis non instituitur nisi propter effectum, qui requirat gratiæ infusionem: hæc autem necessaria non est ad tollenda venialia peccata. Hoc autem intelligendum puto de adæquato seu omnino primario effectu, non tamen repugnat quin hic sit effectus sacramenti alicuius per se intentus in illius institutione, licet non sit adæquatus, vel omnino primarius: satisque est quod per gratiæ infusionem, specialiori modo venialia tolli possint: & hoc modo est effectus per se penitentię, neque oportuit ea de causa aliud sacramentum institui.

*4*  
*Probatur*  
*secundo.*  
*Responsio.*  
*Relucet.*  
Secunda ratio est: quia si hoc sacramentum per se primo esset institutum ad hunc finem, non oportere expectare tempus infirmitatis ad illud recipiendum, sed quoties esset multitudo peccatorum venialium suscipi deberet: sicut absolutio procuranda est statim ac mortale peccatum commissum est, & non est periculum mortis expectandum. Respondent, hoc sacramentum institutum esse ad perfectam curationem venialium peccatorum, quando autem vita durat, non potest fieri hæc perfecta curatio: quia semper homo patitur in hac vita necessitatem quandam committendi hæc leuia peccata, in fine autem vitę possunt omnino auferri, & ideo institutum est hoc sacramentum ut remedium applicandum tantum in fine vitę. At vero si hæc ratio valida esset, non esset sacramentum hoc ministrandum nisi post hanc vitam, vel saltem in extremo vitę articulo, ita ut simul cum illo vita finiretur: quia si vel solus dies superfit, homo in illo venialiter peccabit: contrarium autem est certum: debet enim hoc sacramentum applicari cum adhuc vigent sensus, & vita naturaliter sperari potest, & per aliquod notabile tempus durare. Et præterea, quando aliquod remedium instituitur ad remissionem peccatorum, non respicit per se tempus futurum, sed præteritum, ideoque ad illud applicandum non oportet ut talia peccata iterum committi non possint: sed satis est quod sint commissa, & possint deleri.

*5*  
*Aliæ*  
*probatur*  
*3.*  
*Respondetur.*  
Alij ergo his rationibus conuicti fatentur non esse absolute institutum propter remissionem venialium peccatorum secundum se, sed solum quatenus impedimento esse possunt, ne statim homo euolet in cœlum, sub qua ratione solum considerantur proxime, quando iam homo est in periculo mortis constitutus, & ideo pro illo, & propter hunc finem est principaliter institutum hoc sacramentum. Sed contra hoc: tum quod non solum veniales culpę, sed etiam reatus pœnę temporalis impedimentum est, ne homo statim euolet: ergo eadem ratione dicendum erit fuisse hoc sacramentum per se primo institutum ad remittendas temporales pœnas. Tum etiam, quod inde fieret in omni mortis periculo sumendum esse hoc sacramentum, etiam si non ex ægritudine, sed aliunde ex violenta, vel naturali causa extrinseca proueniat, quod tamen falsum est, ut infra videbimus. Et sequela patet: quia tunc est eadē occasio, in qua finis & ratio sacramenti huius æque intercedit. Tum maxime, quia etiam in articulo mortis sacramentum penitentię applicari potest, & per se tollere illud impedimentum euolandi in cœlum: ergo etiam propter hoc non oportebat aliud sacramentum per se primo institui.

*6*  
*Probatur*  
*3.*  
Tertio principaliter contra dictam opinionem obijci solet, quod iuxta illam nullus esset capax hu-

ius sacramenti, nisi qui venialiter peccasset: consequens est falsum: ergo. Sequela patet à simili: quia enim sacramentum penitentię per se primo institutum est propter actualia peccata tollenda, ideo nullus est capax illius sacramenti, qui nunquam peccauit. Patet enim ratio: quia ille, qui est incapax primarij effectus sacramenti, & propter quem est primo institutum, est etiam incapax sacramenti, ut forma est incapax sacramenti Ordinis: quia est incapax characteris, & proprij effectus talis sacramenti. Responderi potest negando sequelam: quia licet demus primarium effectum huius sacramenti esse remittere peccata venialia, tamen ipsa peccata non sunt materia talis sacramenti sicut sunt materia sacramenti penitentię, satisque erit ad effectum eius, quod conferat gratiam de se remissionem talium peccatorum si adsint, ut Iacobus insinuat, dicens, *Et si in peccatis est, dimittentur ei.* Sic enim beata virgo fuit capax baptismi, licet non haberit originale peccatum, cum tamen originalis peccati remissio sit proprius effectus baptismi, ad quem per se primo & maxime directe ordinatur baptismus: quia est regeneratio, & confert gratiam baptismalem, quæ de se apta est ad tollendum peccatum originale si adsit, non tamen ex necessitate illud præsupponit, licet requirat personam ex sua origine obnoxiam tali peccato: sic ergo dici poterit de hoc sacramen-

*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*  
*31*  
*32*  
*33*  
*34*  
*35*  
*36*  
*37*  
*38*  
*39*  
*40*  
*41*  
*42*  
*43*  
*44*  
*45*  
*46*  
*47*  
*48*  
*49*  
*50*  
*51*  
*52*  
*53*  
*54*  
*55*  
*56*  
*57*  
*58*  
*59*  
*60*  
*61*  
*62*  
*63*  
*64*  
*65*  
*66*  
*67*  
*68*  
*69*  
*70*  
*71*  
*72*  
*73*  
*74*  
*75*  
*76*  
*77*  
*78*  
*79*  
*80*  
*81*  
*82*  
*83*  
*84*  
*85*  
*86*  
*87*  
*88*  
*89*  
*90*  
*91*  
*92*  
*93*  
*94*  
*95*  
*96*  
*97*  
*98*  
*99*  
*100*  
*101*  
*102*  
*103*  
*104*  
*105*  
*106*  
*107*  
*108*  
*109*  
*110*  
*111*  
*112*  
*113*  
*114*  
*115*  
*116*  
*117*  
*118*  
*119*  
*120*  
*121*  
*122*  
*123*  
*124*  
*125*  
*126*  
*127*  
*128*  
*129*  
*130*  
*131*  
*132*  
*133*  
*134*  
*135*  
*136*  
*137*  
*138*  
*139*  
*140*  
*141*  
*142*  
*143*  
*144*  
*145*  
*146*  
*147*  
*148*  
*149*  
*150*  
*151*  
*152*  
*153*  
*154*  
*155*  
*156*  
*157*  
*158*  
*159*  
*160*  
*161*  
*162*  
*163*  
*164*  
*165*  
*166*  
*167*  
*168*  
*169*  
*170*  
*171*  
*172*  
*173*  
*174*  
*175*  
*176*  
*177*  
*178*  
*179*  
*180*  
*181*  
*182*  
*183*  
*184*  
*185*  
*186*  
*187*  
*188*  
*189*  
*190*  
*191*  
*192*  
*193*  
*194*  
*195*  
*196*  
*197*  
*198*  
*199*  
*200*  
*201*  
*202*  
*203*  
*204*  
*205*  
*206*  
*207*  
*208*  
*209*  
*210*  
*211*  
*212*  
*213*  
*214*  
*215*  
*216*  
*217*  
*218*  
*219*  
*220*  
*221*  
*222*  
*223*  
*224*  
*225*  
*226*  
*227*  
*228*  
*229*  
*230*  
*231*  
*232*  
*233*  
*234*  
*235*  
*236*  
*237*  
*238*  
*239*  
*240*  
*241*  
*242*  
*243*  
*244*  
*245*  
*246*  
*247*  
*248*  
*249*  
*250*  
*251*  
*252*  
*253*  
*254*  
*255*  
*256*  
*257*  
*258*  
*259*  
*260*  
*261*  
*262*  
*263*  
*264*  
*265*  
*266*  
*267*  
*268*  
*269*  
*270*  
*271*  
*272*  
*273*  
*274*  
*275*  
*276*  
*277*  
*278*  
*279*  
*280*  
*281*  
*282*  
*283*  
*284*  
*285*  
*286*  
*287*  
*288*  
*289*  
*290*  
*291*  
*292*  
*293*  
*294*  
*295*  
*296*  
*297*  
*298*  
*299*  
*300*  
*301*  
*302*  
*303*  
*304*  
*305*  
*306*  
*307*  
*308*  
*309*  
*310*  
*311*  
*312*  
*313*  
*314*  
*315*  
*316*  
*317*  
*318*  
*319*  
*320*  
*321*  
*322*  
*323*  
*324*  
*325*  
*326*  
*327*  
*328*  
*329*  
*330*  
*331*  
*332*  
*333*  
*334*  
*335*  
*336*  
*337*  
*338*  
*339*  
*340*  
*341*  
*342*  
*343*  
*344*  
*345*  
*346*  
*347*  
*348*  
*349*  
*350*  
*351*  
*352*  
*353*  
*354*  
*355*  
*356*  
*357*  
*358*  
*359*  
*360*  
*361*  
*362*  
*363*  
*364*  
*365*  
*366*  
*367*  
*368*  
*369*  
*370*  
*371*  
*372*  
*373*  
*374*  
*375*  
*376*  
*377*  
*378*  
*379*  
*380*  
*381*  
*382*  
*383*  
*384*  
*385*  
*386*  
*387*  
*388*  
*389*  
*390*  
*391*  
*392*  
*393*  
*394*  
*395*  
*396*  
*397*  
*398*  
*399*  
*400*  
*401*  
*402*  
*403*  
*404*  
*405*  
*406*  
*407*  
*408*  
*409*  
*410*  
*411*  
*412*  
*413*  
*414*  
*415*  
*416*  
*417*  
*418*  
*419*  
*420*  
*421*  
*422*  
*423*  
*424*  
*425*  
*426*  
*427*  
*428*  
*429*  
*430*  
*431*  
*432*  
*433*  
*434*  
*435*  
*436*  
*437*  
*438*  
*439*  
*440*  
*441*  
*442*  
*443*  
*444*  
*445*  
*446*  
*447*  
*448*  
*449*  
*450*  
*451*  
*452*  
*453*  
*454*  
*455*  
*456*  
*457*  
*458*  
*459*  
*460*  
*461*  
*462*  
*463*  
*464*  
*465*  
*466*  
*467*  
*468*  
*469*  
*470*  
*471*  
*472*  
*473*  
*474*  
*475*  
*476*  
*477*  
*478*  
*479*  
*480*  
*481*  
*482*  
*483*  
*484*  
*485*  
*486*  
*487*  
*488*  
*489*  
*490*  
*491*  
*492*  
*493*  
*494*  
*495*  
*496*  
*497*  
*498*  
*499*  
*500*  
*501*  
*502*  
*503*  
*504*  
*505*  
*506*  
*507*  
*508*  
*509*  
*510*  
*511*  
*512*  
*513*  
*514*  
*515*  
*516*  
*517*  
*518*  
*519*  
*520*  
*521*  
*522*  
*523*  
*524*  
*525*  
*526*  
*527*  
*528*  
*529*  
*530*  
*531*  
*532*  
*533*  
*534*  
*535*  
*536*  
*537*  
*538*  
*539*  
*540*  
*541*  
*542*  
*543*  
*544*  
*545*  
*546*  
*547*  
*548*  
*549*  
*550*  
*551*  
*552*  
*553*  
*554*  
*555*  
*556*  
*557*  
*558*  
*559*  
*560*  
*561*  
*562*  
*563*  
*564*  
*565*  
*566*  
*567*  
*568*  
*569*  
*570*  
*571*  
*572*  
*573*  
*574*  
*575*  
*576*  
*577*  
*578*  
*579*  
*580*  
*581*  
*582*  
*583*  
*584*  
*585*  
*586*  
*587*  
*588*  
*589*  
*590*  
*591*  
*592*  
*593*  
*594*  
*595*  
*596*  
*597*  
*598*  
*599*  
*600*  
*601*  
*602*  
*603*  
*604*  
*605*  
*606*  
*607*  
*608*  
*609*  
*610*  
*611*  
*612*  
*613*  
*614*  
*615*  
*616*  
*617*  
*618*  
*619*  
*620*  
*621*  
*622*  
*623*  
*624*  
*625*  
*626*  
*627*  
*628*  
*629*  
*630*  
*631*  
*632*  
*633*  
*634*  
*635*  
*636*  
*637*  
*638*  
*639*  
*640*  
*641*  
*642*  
*643*  
*644*  
*645*  
*646*  
*647*  
*648*  
*649*  
*650*  
*651*  
*652*  
*653*  
*654*  
*655*  
*656*  
*657*  
*658*  
*659*  
*660*  
*661*  
*662*  
*663*  
*664*  
*665*  
*666*  
*667*  
*668*  
*669*  
*670*  
*671*  
*672*  
*673*  
*674*  
*675*  
*676*  
*677*  
*678*  
*679*  
*680*  
*681*  
*682*  
*683*  
*684*  
*685*  
*686*  
*687*  
*688*  
*689*  
*690*  
*691*  
*692*  
*693*  
*694*  
*695*  
*696*  
*697*  
*698*  
*699*  
*700*  
*701*  
*702*  
*703*  
*704*  
*705*  
*706*  
*707*  
*708*  
*709*  
*710*  
*711*  
*712*  
*713*  
*714*  
*715*  
*716*  
*717*  
*718*  
*719*  
*720*  
*721*  
*722*  
*723*  
*724*  
*725*  
*726*  
*727*  
*728*  
*729*  
*730*  
*731*  
*732*  
*733*  
*734*  
*735*  
*736*  
*737*  
*738*  
*739*  
*740*  
*741*  
*742*  
*743*  
*744*  
*745*  
*746*  
*747*  
*748*  
*749*  
*750*  
*751*  
*752*  
*753*  
*754*  
*755*  
*756*  
*757*  
*758*  
*759*  
*760*  
*761*  
*762*  
*763*  
*764*  
*765*  
*766*  
*767*  
*768*  
*769*  
*770*  
*771*  
*772*  
*773*  
*774*  
*775*  
*776*  
*777*  
*778*  
*779*  
*780*  
*781*  
*782*  
*783*  
*784*  
*785*  
*786*  
*787*  
*788*  
*789*  
*790*  
*791*  
*792*  
*793*  
*794*  
*795*  
*796*  
*797*  
*798*  
*799*  
*800*  
*801*  
*802*  
*803*  
*804*  
*805*  
*806*  
*807*  
*808*  
*809*  
*810*  
*811*  
*812*  
*813*  
*814*  
*815*  
*816*  
*817*  
*818*  
*819*  
*820*  
*821*  
*822*  
*823*  
*824*  
*825*  
*826*  
*827*  
*828*  
*829*  
*830*  
*831*  
*832*  
*833*  
*834*  
*835*  
*836*  
*837*  
*838*  
*839*  
*840*  
*841*  
*842*  
*843*  
*844*  
*845*  
*846*  
*847*  
*848*  
*849*  
*850*  
*851*  
*852*  
*853*  
*854*  
*855*  
*856*  
*857*  
*858*  
*859*  
*860*  
*861*  
*862*  
*863*  
*864*  
*865*  
*866*  
*867*  
*868*  
*869*  
*870*  
*871*  
*872*  
*873*  
*874*  
*875*  
*876*  
*877*  
*878*  
*879*  
*880*  
*881*  
*882*  
*883*  
*884*  
*885*  
*886*  
*887*  
*888*  
*889*  
*890*  
*891*  
*892*  
*893*  
*894*  
*895*  
*896*  
*897*  
*898*  
*899*  
*900*  
*901*  
*902*  
*903*  
*904*  
*905*  
*906*  
*907*  
*908*  
*909*  
*910*  
*911*  
*912*  
*913*  
*914*  
*915*  
*916*  
*917*  
*918*  
*919*  
*920*  
*921*  
*922*  
*923*  
*924*  
*925*  
*926*  
*927*  
*928*  
*929*  
*930*  
*931*  
*932*  
*933*  
*934*  
*935*  
*936*  
*937*  
*938*  
*939*  
*940*  
*941*  
*942*  
*943*  
*944*  
*945*  
*946*  
*947*  
*948*  
*949*  
*950*  
*951*  
*952*  
*953*  
*954*  
*955*  
*956*  
*957*  
*958*  
*959*  
*960*  
*961*  
*962*  
*963*  
*964*  
*965*  
*966*  
*967*  
*968*  
*969*  
*970*  
*971*  
*972*  
*973*  
*974*  
*975*  
*976*  
*977*  
*978*  
*979*  
*980*  
*981*  
*982*  
*983*  
*984*  
*985*  
*986*  
*987*  
*988*  
*989*  
*990*  
*991*  
*992*  
*993*  
*994*  
*995*  
*996*  
*997*  
*998*  
*999*  
*1000*

fra ostendimus,

XV 4

Secunda

Secunda sententia hunc effectum esse tollere reliquias peccatorum.

D Thom.  
Albertus  
Capr.  
Anton.  
Soc.  
Ledesm.  
Viguer.  
Victor.  
Syluest.  
Carthus.

Quia nomine reliquiarum intelligatur opinio

Secunda ergo sententia est, primariam finem & effectum huius sacramenti esse tollere reliquias præcedentium, tam originalis, quam actualium, mortalium, & venialium. Hæc est sententia D. Thomæ 4. dist. 24. quæst. 2. art. 2. quæst. 1. Albert. artic. 1. & 2. Capreol. quæst. 1. artic. 1. Antonin. 3. p. tit. 14. capit. 8. Soto, Ledesma, Viguer. & Victor. locis supracitatis, Syluest. Armil. & communiter Summistarum, Carthus. in Summa fidei, c. 246. Fundamentum esse potest: quia hoc sacramentum institutum est ad tollenda peccata, vt verba formæ declarant, & non ordinatur per se primò ad tollenda ipsa peccata secundum se: nam ad hoc alia sunt remedia, vt ostensum est: ergo est ad tollendas peccatorum reliquias. Quid autem nomine reliquiarum intelligatur variè exponitur. Quidam intelligunt peccata aliqua, quæ interdum accidit relinqui in anima, etià quoad culpam, post alia sacramenta suscepta, siue quia per inaduertentiam omissa sunt, siue quia postea sunt commissa, quod frequentius accidit in venialibus peccatis, quam in mortalibus, & ideo magis solent venialia comprehendi sub his reliquiis, quam mortalia peccata. Hic tamen dicendi modus esset quidem verò si sermo esset de secundario effectu & concomitante, vt infra dicam, nunc autem agimus de primario effectu, & ideo non rectè accommodatur illa expositio, neque est iuxta mentem D. Thomæ, & aliorum, qui de his reliquiis peccatorum loquuntur: nam reuera illas distinguunt de omnibus peccatis commissis. Peccata ergo, vel per præcedentem absolutionem non dimissa, vel post illam commissa, licet dici possint relicta, seu durantia post præcedentem remissionem, vel susceptionem sacramenti, non tamen propriè dici possunt peccatorum reliquias. Adde, remedium per se institutum ad tollenda hæc reliquia peccata si mortalia sint, esse ipsummet & sacramentum poenitentiae, si vero sint venialia, vel nullum sacramentum specialiter ac per se primo, vel non aliud quam ipsum sacramentum poenitentiae institutum esse propter illa, vt supra vidimus. Quod autem ex inconsideratione, vel obliuione tale sacramentum non applicetur, est per accidens. Neque ob eam solam rem est primario institutum sacramentum Vnctionis: alioqui applicandum non esset quoties applicari posset poenitentia.

Alii ergo per reliquias peccatorum reatum poenitentiae temporalis intelligunt. Sed hoc minorem habet probabilitatem: quia ad poenam temporalem tollendam nullum est sacramentum per se institutum: nec fuit necessarium, tum, quia talis effectus per se non requirit infusionem gratiae: tum etiam, quia ille est proprius effectus sacrificii ex opere operato, suntque alia sufficientia media quibus hæc poena tolli potest. Denique cætera, quæ de peccatis venialibus diximus, hic à fortiori locum habent. Alij per reliquias intelligunt prauos habitus ex peccatis relictos, sed improbabilius: quia illi non tolluntur per gratiae infusionem, quantumuis perfectam, & ideo nec tolluntur per hoc sacramentum, magis quam per alia. Vnde experientia constat, eum, qui in ægritudine hoc suscepit sacramentum, si postea conualescat, eosdem habitus sentire. Item verba Iacobi. Si in peccatis est, dimittentur ei, & verba etiam formæ, non rectè de his habitibus intelliguntur. Denique propter hunc effectum esset sumendum hoc sacramentum, etiam in quolibet tempore vite.

Alia de eisdem reliquiis opinio.

Alii ergo cum Diuo Thomâ, & Alberto dicunt reliquias peccatorum esse pronitatem ad malum, & corpoream ac difficultatem operandi bonum, quæ

A ex peccato originali & actuali relinquitur. Hæc sententia videtur pati easdem difficultates, quas præcedentes. Nam in primis non apparent quæ sint hæc reliquias sic explicatæ præter fomitem, & phantasmata, vel habitus prauos. Ex peccato enim originali seclusa poena, & culpa, nihil aliud relinquitur nisi fomes, ex actualibus vero nihil nisi phantasmata, vel habitus, & ab his prouenit, vel pronitas ad malum, vel torpor ad bonum, & si quid aliud fingitur, voluntarium est, nec facile explicari poterit quid illud sit. At fomes non tollitur per sacramentum, vt per se notum est, nec etiam habitus, vt est declaratum: ergo. Quod si dicatur, vt verè dicendum est, sacramentum hoc non tollere hæc radicitus, sed iuuare, & confortare animum ad hæc vincenda, &c. Contra hoc est: tum quod hic non videtur particularis effectus alicuius sacramenti: omnia enim dando gratiam, cuiusque specialia auxilia iuuant ad vincendas & superandas has reliquias peccatorum: tum etiam: quia si esset præcipuus finis huius sacramenti, etiam tempore sanitate esset suscipiendus: quia ille finis semper est necessarius. Nec refert, quod in articulo mortis sit specialis necessitas, inde enim solum sequitur potissime esse suscipiendum in illo articulo, non vero in illo solo. Sicut Eucharistia etiam est magis necessaria vt vaticum in articulo mortis, & nihilominus semper sumenda est vt spiritualis cibus: ita ergo erit hoc sacramentum semper suscipiendum, vt speciale adiutorium contra fomitem, licet in articulo mortis vt medicina maxime necessaria sumendum sit.

#### ASSERTIO I.

Hoc sacramentum esse institutum primum ad iuuandum & confortandum animum ægroti.

Nihilominus hæc sententia rectè explicata verè est, imò & fere omnes aliæ aliquid verum habent, & ex omnibus potest vna vera sententia & explicatio huius effectus confici. Dico ergo primo, sacramentum hoc est per se primo institutum propter iuuandum & confortandum animum ægrotantis hominis contra difficultates illi occurrentes in articulo mortis. Hæc assertio fundatur primo in verbo illo Iacobi. Et alleuiabit eum Dominus: Græce, excitabit, seu confortabit eum Dominus. Deinde sumpta est ex Concilio Tridentini doctrina sess. 14. vbi in Procemio de hoc sacramento sic inquit, Clementissimus redemptor noster, qui seruis suis quousque tempore voluit de salutariis remediis aduersus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in sacramento alii preparauit, quibus Christiani conseruare se integros, dum viuerent, ab omni grauiore spiritu incommodo possint: ita Extremam vnctionis sacramento finem vite tanquam firmissimo quodam presidio, munivit: nam, etsi aduersarius noster occasiones per omnem vitam quarat, & capiet, vt deuorare animas nostras quoquo modo possit: nullum tamen tempus est quo vehementius ille omnes suas versuta neruos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam si possit, diuine misericordie deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vite perspicit. Idem significauit Concilium Coloniense part. 7. capit. 40. dicens, Restat Extrema vnctio, quæ, quomam in morte extrema lucta est, adhibetur, vt vel conualescat ægrotus, si Deo ita visum, si de, & naque se obdormiat in Domino. Ratio vero à posteriori optime sumitur ex argumentis factis: non enim sine causa institutum est hoc sacramentum pro solis ægrotis vsque ad mortis periculum: hoc est enim manifestum in iudicio, finem institutionis eius sumptum esse ex speciali necessitate illius articuli, quæ non potest esse alia nisi quæ in conclusione signi-

significatur, & à Concilio tradita est. A priori verò est ratio quia per reliqua sacramenta sufficienter subuenitur est hominibus integris habentibus vires corporis pro necessitatibus omnibus in decursu huius vite occurrentibus, vt supra in suis locis, & præsertim de sacramentis in genere ostensum est: solū supererat necessitas articuli mortis, quæ maxima est, præsertim vbi vires corporis deficiunt: optimè ergo intelligitur sacramentum hoc ad prædictum finem institutum conseruandi hominem, & iuuandi illum in mortis articulo. Tandem hoc etiam indicat ipsa exterior vnctio, in qua hoc sacramentum conseruetur: tum quia vnctio sanat & corroborat: tum etiam, quia per eam disponi solent luctatores & pugiles ad pugnam.

Atque hinc sequitur primo specialem gratiam sacramentalem huius sacramenti non consistere in sola remissione, seu expulsiōe alicuius mali, sed præcipuè in collatione aliquorum auxiliorum gratiæ, quæ fini huius sacramenti accommodata sunt. Hoc constat supposita doctrina de sacramentis in genere, quæ diximus, gratiam quidem communem omnibus sacramentis esse gratiam habitualem cum virtutibus & donis, seu eius augmentum: vnde hæc etiam est quæ primo infunditur per hoc sacramentum: quia est fundamentum, & principium totius roboris & fortitudinis spiritalis, gratia autem sacramentalis non consistit in speciali habitu, sed in speciali auxilio proportionato effectui sacramenti, hoc autem auxilium maxime necessarium est eo tempore, in quo homo graui ægritudine laborat, & vix potest seipsum mouere, & excitare: & ergo sacramentis gratia huius sacramenti includit huiusmodi auxilia.

Quæ ad tres præcipuos effectus dari videtur, primo ad roborandam spem, quæ maximè in articulo mortis necessaria est: nam vt Concil. Trid. dicit, tunc demon omnes suæ versutiae neruos intendit ad hominem à fiducia diuine misericordiae deturbandum. Et ideo capit. 2. addit de hoc sacramento, Aegroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo misericordiae fiduciam excitando. Et ideo alibi dicitur sicut baptismus dicitur sacramentum fidei, Eucharistia amoris, confessio penitentiae: ita hoc posse dici sacramentum spei: quia tempore opportunissimo illam maxime corroborat. Secundo præbet hoc sacramentum auxilium ad hilaritatem animi concipiendam, quæ infirmis morbi incommoda, & labores lenius fert, vt idem Concilium dicit. Tertio hinc etiam promptior & fortior redditur ad tentationes demonis, quæ tunc grauiores sunt, superandas. Atque adhuc modum explicandum est quod Concilium Florentinum dicit, effectum huius sacramenti esse mentis sanitatem, seu sanationem, alludens ad verbum Iacobi, Et ratio fides sanabit infirmum: non solum corpore, vt quidam exponit, sed etiam animo: hæc autem animi sanitas, quatenus per hoc sacramentum per se primo datur, non est primæ gratiæ infusio, seu refectio, quæ interdum etiam sanitas animæ dici solet iuxta illud, Sana animam meam: quia peccasti tibi, Psalm. 118. illa enim posterior est excitatio animæ ab spiritali morte, quæ per se est effectus penitentiae: sed sanitas appellatur robur illud, quod homini ægrotanti tribuitur, vt vigor meus ad mortem transigendam, vt magis in sequentibus sonabit.

ASSERTIO II.

Esse institutum secundario ad disponendam animam ad introitum gloriæ.

Deo secundo, Ad finem seu effectum per se institutum per hoc sacramentum pertinere vlti-

mo præparare animam, & quantum in ipso est, eam proximè disponere ad introitum gloriæ. Hoc colligitur ex auctoribus statim citandis, & ex Cōc. Trid. supra, & quatenus ait, sacramentum hoc esse totius humanæ vitæ consummationem, & vt ait, ad sacramentum hoc spectare deesse peccata si sint, & peccatorum reliquias. Duo etenim sunt, quibus homo potest proximè ad gloriæ introitum præparari: vnum est perfectæ animæ sanctificatio, quæ, præter gratiam sanctificatæ, consistit in ablatione omnis mali ex peccato pronientis: aliud est perseverantia in illo bono vsquo ad mortem. Ad hoc posterius iuuat hoc sacramentum auxiliis explicatis in priori assertionem: illud vero prius cōfert quantum est in se, quia si non inueniat obicem, tollit omne malum, quod posset introitum gloriæ impedire, aut retardare, ergo recte dicitur præparare hominem ad gloriæ. Et sane, cum homo in eo articulo maxime indigeat hac præparatione, & sacramentum hoc pro illo articulo specialiter institutum sit, per se se apparet vere hunc ob finem esse institutum. Maxime cum in hoc fine omnes effectus huius sacramenti comprehendantur, sicut dignissimus, vt propter illum sacramentum aliquod institueretur, nullumque sit aliud, quod propter illum institutum sit.

Atque hinc optime intelligitur quomodo sacramentum hoc sit ordinatum ad tollenda peccata etiam quo ad culpam, nõ enim possumus negare quin aliquo modo ad hunc etiam finem ordinatum sit: tum propter verba formæ, quidquid peccasti, tum propter verba Iacobi, Si in peccatis est, & tum propter verba Concilij, Delicta, si que sunt adhuc expiantur: quæ omnia non satis intelligerentur de solis pœnis peccatorum, vt ex proprietate, & modo locutionis constat. Neque etiam possunt coarctari ad sola venialia peccata: tum quia verba generalia sunt, & cum distributione, Quidquid peccasti: tum etiam quia propter sola venialia non oportuisset ponere conditionem: quia vix reperitur homo aliquando sine culpa veniali. Quæ ratio à fortiori probat de reatu pœnæ. Tum denique quia delicta in rigore magis significant mortalia, quàm venialia, magisque necessaria est in illo articulo remissio, quàm illorum.

Itaque ad omnia peccata delenda est aliquo modo ordinatum hoc sacramentum, non tamen per se primo, vt probant omnia superius adducta contra primam sententiam: nec etiam omnino per accidens, quomodo probabile est omnia sacramenta habere hunc effectum remittendi peccata non ponenti obicem, quatenus ex se habent conferre gratiam: sed mediis quodam modo, scilicet ex secundaria intentione propriæ institutionis. Cum enim hoc sacramentum per se primo ordinetur ad præparandum proximè hominem ad introitum gloriæ, & ad hanc præparationem maxime necessaria sit peccatorum remissio, quauis hoc sacramentum per se primo non sit propter illam, illa tamen non est omnino exclusæ ab intentione instituentis, sed speciali etiam intentione hoc remedium procurauit, vt si forte casu aliquo accideret, peccatum aliquod non esse dimissum, per hoc sacramentum deleatur. Et hoc significatur in illis conditionalibus Iacobi. Si in peccatis est, dimittetur ei: & Concilij, Delicta, si que sunt adhuc expianda, abstergit. Apponendo enim conditionalem, indicant hunc non esse effectum per se primo intentum, talis enim effectus non requirit aliam conditionem præter ablationem obicis, exprimito autem talem effectum sub conditione, plane significant esse aliquo modo peculiarem huius sacramenti, & in eius institutione aliquo modo intentum. Commendatq; hoc maxime Christi Domini prouidentia circa salutem eternam hominum, illiusque desiderium: nam quia ab illo momento æternitas pendet, & damnū, quod tunc incurritur circa æternam salutem, irremediabile est: potestque multis de causis contingere,

Hoc sacramentum iuuat ad perseverantiam in bono vsquo ad mortem.

Quomodo sit ordinatum ad tollenda peccata. Corollarium.

Esse ordinatum ad omnia peccata delenda.

Ratio 2. priori.

Corollarium 1.

Trid.

Vide Proserp. lib. 2. de Præd. Dei cap. 29. Dion. c. 2. 7. de Eccles. Hierar. in 3. p. vtriusque

Phil. 118.

14

vt vel

vt vel alia remedia applicari non possint, vel certe vt sine effectu applicata sint, ideo huic extremo remedio propriam virtutem tribuit ad supplendum hunc defectum, subueniendumq; homini in tanto periculo constituto. Quod fit, vt hæc virtus maximè necessaria fuerit propter periculum mortaliu peccatorum: hinc vero consequenter, & quali à fortiori data est ad tollenda etiam venialia, & frequentius circa hæc exercetur: quia facilius contingit superesse venialia peccata nondum remissa, quam mortalia.

17  
Per hoc sacramentum remitti etiã reatum pœnæ temporalis  
Corol. 2.

Sequitur secundo ex dictis, remitti per hoc sacramentum etiam reatum pœnæ temporalis, ex peccatis prius quoad culpam remissis, relictu. Hoc etiam colligo primo ex fine prædicto: quia non solum culpa, sed etiam reatus pœnæ non remissus impedit introitum gloriæ, sed hoc sacramentum institutum est ad tollenda omnia hæc impedimenta, quantum in ipso est, & proxime præparandum hominem ad gloriã: ergo. Secundo idem colligo ex verbis formæ, *Quidquid peccasti, absoluta enim & vniuersalis remissio peccatorum de se etiam pœnas complectitur.* Inuat præterea Conc. Trid. separatim dicens, *Delicta & peccati reliquias abstergit:* optime enim inter reliquias peccatorum numerari potest reatus pœnæ post remissionem culpæ relictus, esto alix etiam peccatorum reliquix: locutio autẽ Concilij, cum sit indefinita, & doctrinalis, vniuersaliter est intelligenda. Imo, licet alix sint peccatorum reliquix, in nullas alias tam proprie cadit verbum, *abstergit*, sicut in reatum pœnæ, ille enim proprie tollitur, et verò reliquix non ita proprie, vt ex dictis constare potest, & amplius statim explicabitur. Hic autem effectus ita explicandus est sicut remissio culpæ, non enim est per se primo intentus, sed secundario, & sub conditione, *si sit*, propter easdem rationes. Quantum verò pœnæ per hoc sacramentum tollatur, Deus nouit. Non existimo tamen asserendum statim auferri omnem reatum pœnæ, sicut per baptismum, nullum enim fundamentum habemus ad hoc asserendum, multumque repugnat veritati, & necessitati Purgatorij, quo etiam fideles post susceptionem huius sacramenti diu purgantur: quod tamen ita non esset, si hoc sacramentum statim omnem reatum pœnæ remitteret, consequenter enim dimittendo culpam, semper dimitteretur tota pœna, nihil ergo purgandum relinqueret. Dico igitur remittere quidem reatum pœnæ ex opere operato iuxta dispositionem, & deuotionem recipientis, ideoq; non semper totum auferre.

18  
Quomodo institutum sit contra reliquias peccatorum.  
Corollarium

Tertio sequitur ex dictis quomodo verum sit hoc sacramentum esse institutum contra alias reliquias peccatorum: ita enim D. Thom. loquitur, & non dicit hoc sacramentum tollere has reliquias peccatorum: quia vt supra argumentabamur, nec tollit fomitem, nec prauos habitus, nec phâsalmata, nec corporis habitudinem aut dispositionem immutat, sed dat robur & vigorem contra hæc omnia per auxilia supra explicata, & hoc modo est institutum contra debilitatem ex peccato relictam: non quidem illam in se tollendo, sicut tollit culpam, vel reatum pœnæ, sed vires contra illam superaddendo. Dicit etiam potest remittere has reliquias quatenus ex vi peccati debitum erat homini, vt suæ fragilitati & debilitati relictus, auxiliis gratiæ, præsertim extraordinariæ, & superabundantibus priuaretur: per hoc autem sacramentum ita dimittitur hoc peccati debitum, vt potius ratione illius debita iã sint talia auxilia, quibus homo in tali statu ægritudinis constitutus contra huiusmodi reliquias confortatur. Vnde etiã intelligitur, hunc effectum non esse secundarium, sed sub primario comprehendendi: nam hæc confortatio per se necessaria est ad primarium finem huius sacramenti, vt ex assertionibus constat, sed hæc reliquix non aliter auferri-

tar, nisi accipiendo robur contra illas, ergo oblatio earum, eo modo, quo datur, ex vi primarij finis & effectus confertur. Et ob eandem causam licet hæc confortatio esset homini valde utilis tempore sanitatis, non tamen datur, nec sacramentum aliquid est ad hoc ordinatum: quia non est consideranda quælibet utilitas, sed specialis necessitas, & fragilitas ægrotantis hominis. Atque ita explicarunt hunc effectum Catechismus Pij V. Antonin. 3. p. tit. 14. capit. 15. Syluest. benè verb. *Vñctio extrema*, numero 3. vbi ait, principale effectum huius sacramenti esse sanationem & roborationem spiritus contra debilitatem ex peccato relictam, quam statim dicit esse idem cum remissione reliquiarum. Eodem modo loquitur ibi Fabian. numero 5. & ibidem Angel. Osius, in Confess. capit. 49. Vñct. in Summa numero 247. significat V Valden. tom. 2. de Sacramento. c. 16. Petrus Soto lect. 1. de hoc sacramento, & alij.

Catech. D. An. Syluest. Fabian. Angel. Osius. Vñct. V Valden. Petrus Soto.

Quarto sequitur hoc sacramentum posse aliquando facere hominem de attrito contritum, & infindere gratiam primam. Probatur: quia potest aliquando delere peccatum mortale, vt ostensum est. Vnde, licet hoc sit probabile de omnibus sacramentis, in hoc autem longe certius est quam in cæteris, excepto baptisinate, & pœnitentiã: nam in cæteris non est ex speciali institutione, sed tantum ex generali quadam ratione: in hoc vero est aliquo modo ex propria institutione, vt declaratum est. Præterea in cæteris id solum habetur ex pia, & probabili coniectura, in hoc vero ex verbis Iacobi, & Concilij Trident. efficacissime colligitur, vt satis deductum est.

Fabian. Angel. Osius. Vñct. V Valden. Petrus Soto.

Circa modum quo hoc fiat, cauendũ sunt extrema. Primum enim non opinor facere hoc sacramentum ex attrito contritum eum, qui sciens & videns accedit ad hoc sacramentum cum sola attritione, & abique sacramento pœnitentiæ: etiam si per eum non iter confessio, sed confiteri non possit: quia saltem per eum stat quominus contritus accedat: semper enim conteri potest, & ad hoc tenetur, per se loquendo, nec excusatur ratione ignorantix, vt supponimus, nec ratione huius sacramenti: quia ipsum, per se loquendo, est sacramentum viuorum, licet debiliu, & ideo per se supponit gratiam, nec ex directa intentione institutum est ad illam primò conferendam: est ergo contra institutionem huius sacramenti, quod quis sciens & videns se esse mortuum, id est in statu peccati mortalis, ad illud accedat, quantumuis sit attritus. Item secluso sacramento pœnitentiæ, aut baptisimi, obligat naturale præceptum contritionis: quia illud erat per se medium necessarium ad remissionem peccati, cuius necessitas non cessat, nisi interuenient è alio medio ad eundem finem per se primo institutum, quod de hoc sacramento, sicut de aliis dici non potest, alias tam esset per se institutum sacramentum in remedium peccati, sicut pœnitentiã, quod planè falsum est. Tandem hoc significatum est in illa conditionali locutione Iacobi, & Trident. *Si in peccatis est, & quæ maximè propter mortalia posita est, vt declarauimus: indicatur ergo solum propter occulta peccata & pericula hoc sacramentum ita esse institutum, non quia per se liceat in statu peccati ad illud accedere. Atque hinc fit, vt per se loquendo, necessaria dispositio sit status gratiæ, & consequenter vt is, qui conscientiam habuit peccati mortalis, prius digne confiteatur, vel si non datur copia confessoris, saltem conteratur: per accedens autem poterit sufficere sola attritio, dummodo intercedat excusatio noui peccati commissi propter omisam contritionem. Erit autem illa excusatio, si vel inuincibiliter putetur contritio, quæ tantum gradum attritionis attingit, vel inuincibiliter quis putet illã esse sufficientem dispositionem: vel certè si abique actuali vsu rationis sacramentum ei datur: non*

Responsum quidem sententiæ. Refertur quodammodo. Dicitur quodammodo. Dicitur quodammodo.

non potest in ipsa susceptione actualiter peccare: A vnde, si erat attritus quando vltimo rationis perdidit, sine dubio iustificatur. De illo enim statu, iuxta proximè præcedentem dispositionem iudicandum est: quia in illa censetur moraliter permanere. Vnde, si nullus omnino dolor præcessisset, non esset ille dispositus ad effectum sacramenti: quia voluntas censetur adhuc manere moraliter affecta peccato: secus vero est si præcessit attritio, vt dictum est.

Addendum vero deinde est, non fieri hominem ex attrito contritum per hoc sacramentum per mutationem ipsius actus attritionis in contritionem, sed per solam gratiæ infusionem, sicut de baptismo, & penitentia diximus: est enim eadem ratio in hoc, imo & in cæteris sacramentis, vt probat exemplum de illo qui sine actuali vsu rationis inungitur, vel qui tunc distrahitur in actuali susceptione sacramenti, neque est vllum fundamentum ad fingendam illam mutationem actus, contra experientiam, imo & præter efficaciam sacramenti, vt in dictis locis latius dictum est.

Vnde obiter colligo quinto, quando per hoc sacramentum peccata venialia remittuntur, id non fieri per solam excitationem denotionis, sed immediate per efficaciam ipsius sacramenti. Alioqui oporteret ibi interuenire aliquam mutationem interioris actus imperfecti, & per se insufficientis ad remissionem peccati venialis, in alium perfectiorem, qui per se sufficit: hæc autem mutatio est æquè conficta, & eandem difficultates habet, de quibus sufficienter dictum est supra in generali disputatione de remissione venialium peccatorum ex opere operato: vbi etiam exposuimus quæ dispositio necessaria sit ad hanc remissionem, & an omnia, vel aliqua tantum venialia peccata per sacramenta tollantur: quæ omnia ad hoc sacramentum applicari possunt.

Tandem constat ex dictis: quæ dispositio necessaria sit ad effectum spirituale huius sacramenti consequendum. Per se enim necessarius est status gratiæ, vel contritio: ex accidenti vero sufficere potest attritio, vt declaratum est. Addit vero Palud. d. 23. q. 1. ar. 13. licet ad effectum gratiæ in hoc sacramento sit necessaria contritio, vel attritio, ad effectum autem ornatus neutram necessariam esse, in quo constituit differentiam inter hoc sacramentum, & penitentiam, quod ad aliquem effectum, scilicet ornatum, minor dispositio necessaria est in hoc sacramento, quam in illo: nam in hoc sine vlla attritione imprimitur, in illo vero minime. Et ratio differentię est, quia in illo attritio est de essentia sacramenti, nõ vero in hoc. Hæc vero doctrina supponit aliam improbabilem de ornatu, qui nihil est, neque in hoc sacramento, nec in penitentia, neque in quolibet alio, vt in materia de sacramentis in genere dixi. Vnde vera differentia inter hoc sacramentum & penitentiam, solum est, quod aliquis attritionis actus est de essentia sacramenti confessionis, in hoc vero non est de essentia, sed solum necessaria dispositio ad effectum in eo, qui habet conscientiam peccati mortalis. Ex qua differentia sequitur alia, videlicet, vt confessio sine vera attritione facta non solum non habeat effectum, verum neque sacramentum sit: Vnctio vero extrema cum debita forma, & intentione facta, verum sit sacramentum, etiam si, ob defectum attritionis nullum omnino habeat effectum. Ex qua multi inferunt aliam differentiam, quam etiam D. Tho. d. 23. insinuat scilicet, sacramentum hoc esse validum, & in forme, non vero sacramentum penitentię. Sed quid de hac posteriori parte sentiendum sit, supra in proprio loco dixi.

Probabilius est aliud discrimen, quod inde nascitur, nimirum, confessionem factam sine attritione, non modo tunc non habere effectum, verum etiam nec postea quatumuis homo cõteratur: quia sacra-

mentum semel nullum, semper est nullum, & ideo semper caret effectu. De Vnctione autem extrema infirmi verisimile satis est habere suum effectum, recedente fictione per contritionem, vel attritionem, iuxta dicta in simili, supra de baptismo: Quauis enim hoc sacramentum non imprimat characterem, nec sit omnino iterabile, hæc tamen necessaria non sunt ad habendum effectum recedente fictione, vt de penitentia diximus, & est probabile de matrimonio: sufficit enim vt sacramentum hoc in eodem morbo, & in eodem statu eius iterari non possit, vt expediat habere suum effectum recedente fictione. Maximè si contingat sacramentum hoc sine attritione recipi, & postea durante eadem morbi vi contritionem haberi, non enim debet tunc homo priuari ope huius sacramenti, alioqui deberet iterum illud recipere, cur enim priuaretur & sacramento, & fructu sacramenti, cum alioqui nullum videatur esse essenziale impedimentum ad tale sacramentum iterandum?

Atque hinc probabiliter colligo, etiam si quis à fictione non recedat vsque ad sanitatem recuperandam, nihilominus tunc etiam recipere effectum, saltem quoad gratiam habitualem: quia hic effectus de se perpetuus est, & sicut semper restituitur per penitentiam, etiam si per peccatum sæpius amittatur, ita semper datur ratione sacramenti suscepti, & propter merita Christi iam semel applicata, quoties recedit fictio, quæ initio intercessit. Secus vero est de illo speciali effectu sacramentali, qui consistit in auxilijs supra explicatis, hic enim dabitur quiddam in eodem morbo, si illo durante recedat fictio: quia totum tempus est ad talem effectum conferendum præstitum. Et hoc etiam probat ratio facta de iterabilitate huius sacramenti in eodem morbo: nam hoc est apertum signum, sacramentum hoc semel susceptum, esse sufficiens ad iuuandum, & alleuiandum infirmum pro toto illo statu morbi, temporibus opportunis: ideoque licet in principio non fuerit infirmus dispositus ad recipiendum effectum huius sacramenti, si postea disponatur, incipiet illum suscipere, alias deberet sacramentum in illo iterari, ne careret fructu sacramenti, sicut in distincto morbo iteratur: quia sacramentum susceptum prius in alio morbo, non habet effectum extra illud. Quæ etiam ratione in omnibus sacramentis non iterabilibus reuiuiscit effectus recedente fictione.

Et specialiter hoc confirmatur ex sacramento Confirmationis: nam, quia ratione illius datur auxilium ad confirmandam fidem pro toto vitæ tempore in quacunque necessaria occasione, ideo licet in aliquo tempore sit quis indispositus ad recipiendum effectum si postea tollat obicem, dabitur infallibiliter effectus. Ita autem se habet Extrema vnctio pro illo morbo in quo suscipitur, sicut Confirmatio pro toto tempore vitæ. Quod autem confirmatio imprimat characterem, & non vnctio, est impertinens ad præsentem quæstionem, vt recte notauit Caiet. to. 1. Opus. tract. 5. q. 5. quia effectus non datur

per se primo ratione characteris, sed ratione sacramenti suscepti, quauis in vno imprimatur character, & non in alio, propter rationem supra datam. Atque hinc contraria ratione colligitur, si quis nõ tollat fictionem donec ab eo morbo liberatus est, in quo hoc sacramentum fictè suscepit, iam nõ redire sacramentalè gratiam prioris sacramenti: quia iam finita fuit necessitas, vel oportunitas, pro qua sola habuit sacramentum suam vim, ideoque est capax ille hominum vnctionis, si fortasse in morbum iterum incidat. Est optimum simile in matrimonio: si quis enim in peccato mortali matrimonium contrahat, pro tunc non recipiet sacramentalem gratiam, si tamen postea se disponat, & tollat obicem durante illo matrimonio, reuiuiscet effectus qui temporibus opportunis dabitur quoad noua auxilia, & motiones gratiæ

10  
Hominem  
fieri ex attrito  
contritum per solam  
gratiæ infusionem.

21  
Peccata venialia  
remittuntur per hoc sacramentum.

22  
Quæ dispositio  
requiritur ad effectum  
spirituale huius sacramenti.

D. Thom.

23  
Discrimen  
inter confessionem  
et extremam vnctionem.

24  
Corollarium

25  
Confirmatio  
hæc datur  
extrema ex sacramento  
Confirmationis.

Obiectio  
occurritur.  
Caiet.

Aliud carphalarium.

Simile est  
matrimonio.

gratiz, dummodo homo non resistat, si tamen ma-  
trimonium illud finiatur per mortem alterius cō-  
iugis, iam cessat proprius effectus illius sacramenti,  
ita vt licet homo postea se disponat, vel iterum con-  
trahat matrimonium, non recipiat sacramentalem  
gratiam ratione prioris matrimonij, sed tantum ra-  
tione posterioris. Sic ergo in præsentī cum propor-  
tione sentiendum est.

Inquirere verò hic potest aliquis quanta attritio  
necessaria sit ad effectum huius sacramenti. Qui-  
dam enim putant maiorem hic requiri, quam in  
pœnitentia, quia hoc sacramentum per se non est ita  
efficax ad effectum hunc, sicut pœnitentia. Ita Pa-  
lud. in 4. d. 23. q. 1. art. 3. concl. 2. Alij è contrario mi-  
norem hic sufficere putant: quia attritio non est ita  
intrinseca sacramento huic, sicut pœnitentiæ. Dico  
tamen eandem omnino requiri, loquendo per se,  
de collatione talis effectus, sicut supra dixi in simili  
comparatione inter baptismum & confessionem.  
Quia necessaria est attritio supernaturalis, absolu-  
ta, efficax, & vniuersalis de omnibus peccatis mor-  
talibus commissis, & si has condiciones habeat, suf-  
ficit, quantumuis remissa sit: ergo in hac dispositio-  
ne non potest inæqualitas cum ratione aliqua exi-  
gi, aut cogitari. At vero quo ad tollendam hctio-  
nem eadem distinctione hic vtendum est: qua in  
baptismo: nam, si in ipsa susceptione sacramenti hu-  
ius absque contritione, peccatum mortale nouum  
commissum non est propter ignorantiam, vel in-  
aduertentiam, eadem attritio sufficit ad tollendum  
obicem, propter eandem rationem, si vero nouum  
peccatum mortale fuit commissum, necessaria erit  
contritio, vel confessio: quia iam tale peccatum nō  
potest tolli virtute ipsius vnctionis, cum re vera sit  
illa posterior. Videantur dicta de baptismo, & au-  
ctores ibi citati.

## SECTIO II.

*Quando sacramentum hoc conferat suum gra-  
tia effectum.*

Qvæstio est de effectu gratiæ habitualis, & remis-  
sionis peccati, quæ in vno instanti datur, & per  
se loquendo, dari solet in eo instanti, in quo sumitur  
sacramentum: nam de proprio effectu sacramentali  
iam satis dictum est: ille enim effectus non datur  
semper in vno certo instanti, sed temporibus oportu-  
nis durante morbo eodem. Neque etiam hic agi-  
mus de tempore quasi accidentario, quale est, quan-  
do in ipsa susceptione intercessit hctio, de quo et-  
iam dictum iam est. Oritur autem hic specialis dif-  
ficultas ex eo, quod sacramentum hoc pluribus vn-  
ctionibus & formis perficitur, & in vnaquaque vi-  
detur completa gratiæ significatio: & ideo dubium  
est, an hic effectus detur finita vna vnctione  
cum vna forma, vel finitis pluribus, aut om-  
nibus. Quatuor enim possunt excogitari opinio-  
nes.

Prima opinio est, vt per primam vnctionem &  
formam detur per se totus gratiæ effectus, per sub-  
sequentes vero vnctiones compleatur sacramen-  
tum, nihil vero gratiæ addatur, nisi veluti ex acci-  
dente propter meliorem suscipientis dispositio-  
nem. Huic opinioni videtur fauere D. Thom. qui  
aliquando comparat hoc sacramentum cum sacra-  
mento Eucharistiæ, in quo singulæ species gra-  
tiam conferunt, ita vt prior det totam gratiam,  
quam dare potest illud sacramentum homini sic  
disposito, quæ augebitur quidem per alteram spe-  
ciem, aucta dispositione, non vero alias: idem ergo  
dicendum est in hoc sacramento, videtur enim ead-  
em proportionalis ratio: nam sicut in illo sacra-  
mento interuenit materia & forma in singulis spe-

ciebus, ita hic in singulis vnctionibus: & sicut ibi est  
sufficiens significatio in susceptione vnius speciei,  
ita hic in vna vnctione cum sua forma. Denique Ia-  
cobus solum dixit, *Vngant eum, & orient super eum, &*  
*huic adioni adiungit promissionem, Et oratio fidei*  
*alleuiabit infirmum, &c.* sed facta vnctione, & prola-  
ta vna forma, completur illud prius: ergo, & subse-  
quens promissio compleri debet. Tandem confir-  
matur: quia hoc modo potuit institui hoc sacra-  
mentum, estq; vtilior hic modus, magisque accom-  
modatus humanæ infirmitati, & periculis quæ oc-  
currere solent, contingere enim sæpè potest, vt in-  
firmus facta prima vnctione moriatur: & nulla ra-  
tione, vel auctoritate constat hanc institutionem  
esse alienam à Christi Domini præcepto; vel à pro-  
mulgatione Iacobi, vel ab vsu Ecclesiæ: neque ha-  
ber aliquod speciale inconueniens: cur ergo non ita  
sentiendum est? Vltima pars minoris, reliquæ en-  
nim omnes claræ videntur, probatur: nam, si quod  
esset inconueniens, maxime quod tota essentia hu-  
ius sacramenti consisteret in prima vnctione cum  
sua forma, sed quod illud esset vnum integrum sa-  
cramentum: hoc autem non sequitur, quia non ne-  
gamus per alias vnctiones & significari, & dari pos-  
se gratiam, si subiectum sit dispositum magis quam  
erat in prima vnctione, quod satis est ad rationem  
partialis sacramenti, vt ex dicto exemplo Eucharis-  
tiæ constat: & ad summum sequitur, posteriores  
vnctiones non esse partes essentielles huius sacra-  
menti, sed integrales tantum, quod non videtur ef-  
se inconueniens.

Hæc vero sententia, licet apparenter confirmata  
videatur, imprimis nullum habet auctorem, quem  
ego sciam, quod satis est, vt in re singulari, graui, &  
Theologæ a nobis doceri non debeat. Deinde non  
habet solidum fundamentum, si aduertamus dif-  
ferentiam inter hoc sacramentum, & Eucharistiæ:  
primum enim sacramentum Eucharistiæ consistit  
in facto esse, seu permanens est, hoc vero consistit in  
ipso vsu, & fieri: vnde fit, vt in Eucharistia prius fiat  
sacramentum, postea applicetur suscipienti, & tunc  
conferat effectum, hic vero ipsa effectio sacramenti  
est eius applicatio, & ideo simul fit: & dat effectum  
cum primum perficitur. Rursus in Eucharistia vna-  
queque forma partialis est indicatiui modi, & suam  
propriam requirit veritatem, ideoque statim efficit  
sacramentum in ea specie materiæ super quam pro-  
ferretur, & ideo in singulis paribus est essentialiter  
sacramentum verum, quod licet non sit integrum  
quoad species significantes, quoad rem vero sub il-  
lis contentam est perfectissimum, hic vero forma  
est per modum deprecationis, quæ non erit falsa et-  
iam si partialis forma non statim habeat effectum,  
vnde per se nō complet essentialiter sacramentum,  
sed tantum inchoat, neque etiam perfectam signifi-  
cationem, quandoquidem per eam non postula-  
tur simpliciter remissio peccatorum, sed eorum tā-  
tum, quæ per vnum, vel alterum sensum commissa  
sunt. Hinc ergo tandem fit, vt in Eucharistia per  
E sumptionem vnius speciei detur perfectus gratiæ  
effectus iuxta dispositionem suscipientis, tum quia  
sumitur verum sacramentum iam essentialiter cō-  
fectum in esse sacramenti, & perfectum quoad rem  
sub speciebus contentam, in qua est specialis virtus  
ad talem effectum gratiæ conferendum, tum etiam  
quia est verus cibus animæ, cuius sumptio sensibilis  
sufficiens significat spirituales animæ refectionem.  
At vero in hoc sacramento per vnam solam  
vnctionem, vnamque partialem formam non po-  
test dari integer gratiæ effectus: quia sacramentum  
nec quoad signum, nec quoad rem aliam sub signo  
contentam est integre confectum: imo nec essen-  
tialiter perfectum est, vt ex superioribus patet. Si-  
gnificatio etiam eius non est perfecta, vt ex ipsa for-  
ma constat, & consequenter ex materia: quia non  
est

26

Quarta at-  
tritio sic ne-  
cessaria.

Palud

Solutur  
quæstio.An hic effe-  
ctus detur  
finita vna  
vnctione, an  
finitis om-  
nibus.Prima opi-  
nio dari per  
primam vn-  
ctionem.